

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CV.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

mus in possessionem bonorum præscriptorum & eadem ipsi Comiti & hæredibus suis regia autoritate confirmamus &c. Actum apud Franckinfortum. Anno Domini millesimo, ducentesimo, trigesimo quarto XV. Calend. Martii, Indictione septima.

C V.

DIPLOMA HEINRICI REGIS ROMANORUM QUO
EGINONI COMITI FRIBURGENSEI FLUMINA BRISGOVIAE
ALIAQUE IN FEUDUM CONFERT.

A N N O M C C X X X I V.

Ex Archivo Bada-Durl.

H E I N R I C U S Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus
Univerfis Imperii sui fidelibus gratiam suam & omne bonum. Innata nobis requirit benignitas devotorum nostrorum & Imperii devota obsequia sereno vultu respicere & eorum promocionibus tanto amplius intendere, quanto ipsorum obsequiosa voluntas se servilem studuit exhibere. Hinc est, quod nos adtendentes fidelia obsequia & devota, que fidelis noster *Comes Egeno de Friburg & de Urach* in diversis agendis nobis & Imperio hætenus exhibuit, & que sua devocio in antea poterit

exhibere, ipsum hiis fluminibus, Renschental, Wifen, Brigen, Kinzechen usque Gengenbach & nominatim Milenbach, Elzach, Treysonia, Brega & Danubio usque ad Ymmendingen cum universis Rivis, qui predictis fluminibus recipiuntur, & cum eorundem fundis nec non universis Montanis eisdem fluminibus & Rivis superjacentibus, maxime cum de nostro fideliter sit consilio, & de nostra sit familia, de regia munificencia eundem duximus infeodandum. Volentes, ut quidquid auri in suprascriptis fluminibus sive in Rivis ac universis fundis eorundem invenerit, & quidquid invenerit argenti in montanis, hec ad suam suorumque heredum jure feudali, sine omni contradictione cedant utilitatem. Ut autem predicta nostra gracia eidem maneat inconcussa, presentes ei damus literas sigillo nostro roboratas. Acta sunt anno MCCXXXIII. Datum apud Egram II. Idus Julii Indiccione VIIma.

||
(L. S. major.)